

346 in Sardinia in monasterio *Nostra Signora di Tergu* (non longe ab ora septentrionali insulae inter Sorso et Castel Sardo; cf. Lamarmora *itinerario di Sardegna* ed. Spano p. 654) in ecclesia monasterii e regione arae maxima. — Ad Ostiam pertinere et nomen A. Egrili Plariani, de quo cf. infra, et decuria scriptus cerari Ostiae peculiaris arguit.

A · E G R I L I V S · A · F
PLARIANVS
DECVRIAL · SCR · CER · ET
CL · TI F HERMIONE
5 F E C E R V N T
CL · TI · F · I R E N A E
LIB · LIBERTABVS · POSRISQ · EORVM sic

Descripsit Philippus Nissardi Cagliaritanus. Spano *memoria sull' antica Truvine* (1852) p. 2 (inde Henzen *bull. dell' Inst.* 1853 p. 56, syll. n. 6561), *bullettino archeol. sardo* 6 (1860) p. 139 et 8 (1862) p. 96. Est inter inscriptiones Sardiniae huius corporis vol. X n. 7955.

A. Egrilius A. f. Plarianus fortasse est idem atque A. Egrilius Plarianus pater patroni coloniae et consulis memoratus in titulo Plariae Verae n. 399 (cf. praeterea ad n. 455 et n. 281, 4). — 3 *decurialis scr(iptus) cer(ari)*. Nota homines ingenuos esse et hunc scribam cerarium et eum cuius est n. 347, cum scriba librarius qui solus innotuit M. Licinius Privatus (infra n. 374) fuisse videatur libertinus, quo cum convenit scribas librarios postponi cerariis in titulis Fabii Hermogenis (n. 353) et Sentii Felicis (n. 409). Recte igitur Mommsenus (*Staatsrecht* I p. 339 n. 2), cum inter apparitores coloniae Iuliae Genetivae (eph. ep. 3 p. 91, cf. p. 107) inveniantur et *scribae* et his dignitate longe inferiores *librarii*, cum illis compositi scribas cerarios Ostienses, cum his scribas librarios.

347 tabula marmorea extat bipertita in episcopio Ostiensi.

A · E G R I L I O | A · F · S E C V N D O · T R H E P T I A N O sic
d. de CVR · LAVR · VICO · AVGVSTAN · SCRIB · COLLEG · FABR · TIGN · OST · DECVRIALI · SCRIPTVS · CERAR · M
TRIBVL · TRIBVS · PVPINIAE · A · EGRILIVS · ISION · ET · IVLIA · PROBA · CONIVX · FECERVN

Recognovi utramque partem et coniunxi. Alteram partem exhibit de visu Kellermann vigil. not. ad n. 136 (inde Henzen syll. n. 6420); alteram descripserunt Kellermann ms. et Henzen qui edidit *bull. dell' Inst.* 1859 p. 216.

349 tabula marmorea fortasse de basi desecta. Ostiae rep., inde translata Romam in aedes Quirinales NOTITIA. Extat Romae in museo Vaticano (*Galleria lapidaria*) inter Ostiensi. *XXXIII right bottom*

C · FABÍO LONGÍ · P · P · F
LONGÍ · P · P · N · FABÍ · RVFÍ
PRÓ · N · C · GRATTÍ · AB · N
VOT · AGRIPPA E
5 PRÁETORI · SACRÍS · VOLKA ni fac
DEC · DECR · DECVRIO ni adlecto
AEDILI II viro

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Legitur in notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 175. Edidit Iahn specim. epigraphic. p. 114 descriptam a Kellermann. De visu citat Borghesi in epistula data d. 12 Mart. 1842 (opp. 7 p. 362).

C. *Fabio, Longi p(rimi)p(ilaris) ffilio, Longi p(rimi)p(ilaris) n(epoti), Fabi Rufi pron(epoti), C. Gratti abn(epoti), Vot(uria), Agrippae, praetori sacris Volk[an]i faciundis, dec(urionum) decr(eto) decurio[ni adlecto], aedili, II[viro] cet.*

351 fragmentum sarcophagi marmoréi. Rep. Ostiae, inde Romae apud P. H. Viscontium HENZ. P. H. Viscontius dedit universitatì Romanae. Inde translatā est in museum Kircherianum. Anno 1878 reportata Ostiam, ubi extat in museo.

D M
A · FABIO · A · FIL · PAL ·
FELICIANO ·
sic AEDILII · SACR · VOLK · F ·
5 QVI · VIXIT · ANNIS · XVIII
MENS · I · DIEB · XXVIII
sic A · EABIVS · FELIXS ·
FILIO · DVLCISSIMO

348 urna marmorea. Romae in suburbano Paccae.

D M in latere intuenti sinistro:
A · EGRILI · THREP DEC · PR · K · NOV
TIANI · VIXIT · AN LARGO · ET · MES 31Oct.
XXVII · DIES · XXXI · SALINO · COS
5 EGRILIA & VERA
FRATRI · PIENTISSIMO

Recognovi. Borghesi, qui vidit, *bullettino archeol. napoletano* 2 (1844) p. 114 = opp. 4 p. 470; C. L. Visconti ms.

Fortasse pater eius qui praecedit.

350 fragmenta tabulae marmoreae. Ostiae rep. in cavea theatri anno 1881.

AQripp
FABI · AGrippae
DECVRIONI
5 CONSENSV · PCpopuli
SESTERTIVM
TESTAMENTO
SVM · MAE · VSXris
CENTVM · ALERENTVR et
10 QVOD ANNIS LVDI · EDER entur in honorem
AEMILIAE · AGRIPPINAE ·
TER · IN ANN · DECVRIO ut ex eius
NIAF
· MAIAS
MEMOR ac
SVAE ·
SNIDU


Recognovi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 118.

Nomen eius cui haec inscriptio dedicata est maiore ex parte perit; sed cognomen ei fuisse Agrippae vel Agrippinæ indicatur et litteris quae ex v. 2 restant et ea re quod inter aedines habuit Fabium Agrippam (v. 3), fortasse eum ipsum cuius est n. 349, et Aemiliam Agrippinam (v. 11). Mulierem fuisse crediderim, ideo quod in inscriptione honores gesti memorantur nulli. — 8 fin. fuisse in lapide [pueri coloniae [n/ostrae]] coniecit Mommsen. — 9 in. agitur de alimentis puerorum vel puellarum centum. Similiter a privatis pecunia pueris puellisque alendis testamento destinata est Tarracinae (vol. X n. 6328) et Siccae Veneriae (vol. VIII n. 1644); cf. Henzen *bullett. dell' Inst.* 1863 p. 141 sq. — 9 fin. significabatur dies ludorum ab Agrippa sive Agrippina in honorem memoriae Aemiliae Agrippinæ institutorum. — 11 ante SVAE excidit vel matris vel aviae vel materterae vel aliud parentelae vocabulum. — 12 in. littera ea quae maiore ex parte perit videtur fuisse E; ante hanc spatium uni tantum litterae sufficiebat. — In fine fortasse fuit *convenirent*.

Descripsimus Henzen Zangemeister ego. Edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1851 p. 190, syll. n. 5987.

3 FEELICIANVS cum scripsisset quadratarius, postea litteram F delevit et ex E altera fecit F.

ad n. 326. Fragmentum novum quo complementur vv. 15–23 exeentes reperti sub templo magno in repositis.




Descripti; fragmentum novum, quo versusexeentes continentur, contuli etiam ad ectypum.

Quae lineis rectis circumclusi, in litura scripta sunt. — Litterarum particulae v. 14. 15. 17/18 fin. videntur pertinere ad columnam II; 17/18 fortasse p intellege p[r(idie)]. — 20 fin. videtur fuisse LX. — 22 fin. fortasse signum denarii ceteris huius versus litteris altius.

Fragmento novo confirmatur quod Dessau adnotavit ad n. 326 usuras summarum a singulis ad dies natales celebrandos collatarum fuisse centesimas. Addiscimus autem propinquos eius qui tabulam posuit sc. P. Claudio Abascanti plus pecuniae impendisse quam ceteros: P. Cl. Veratius Abascantianus (5), P. Claudio Arrius Veratius (15), Claudia Arria mater (21) arcae inferunt sena milia sestertium, ceteri omnes excepto uno (12) bina milia, unus etiam minus (11).

Stemma Claudiorum fortasse sic fere constituendum est:



Nominibus, quae coniectura posui, asteriscum addidi.

ad n. 341. Gruterum frustra laborasse, ut huius inscriptionis exemplum accuratius nanciseretur, apparet ex epistola quadam Joannis Wouveri, cf. Eph. ep. IX p. 335 (ubi legendum est 'ad n. 341' pro 'ad n. 340') [D.]. — Cf. ad hunc titulum Carcopino *Virgile et les origines d'Ostie* p. 51 sq., ubi agit de sodalibus Arulensibus (cf. supra p. 612 not. 44).

ad n. 347 v. 3. Egrilius Isio idem fortasse infra n. 4569 dec. XIII 4. ad n. 349 v. infra n. 4646.

ad n. 350 v. infra n. 4450.

ad n. 358. Vidi Ostiae in domo Aldobrandini; cf. infra ad n. 4938.

ad n. 360. 361 cf. supra p. 611, infra n. 4563, 1 not. et p. 673.

ad n. 362 sqq. v. infra n. 4458. 4651. 4715.

ad n. 363. Nunc est in museo Lateranensi parieti affixa sub porticu (in parte XXXVIII n. 4). Versus 5–8 complementur fragmento novo rep. a ponente della porta romana, sul lato settentrionale del decumano (i. e. ibi fere ubi cetera fragmenta reperta sunt), quod cum n. 363 coniungendum esse cognovi. Edid. Paribeni Not. d. sc. 1918 p. 134 d. Exstat imminutum (deest nunc pars extrema versus 5 litteras ATIS continens) in repositis musei Ostiensis, ubi descripti et ectypum sumpsi.

5 DECVRIONI GRATIS
ADLECTO P
CORPOR CVRAT
NAV MARIN ET MESOR

2 fin. p(atrono). — Paribeni adnotat 'appresso alle lettere O·P è grafito AF'; ego vidi a dextra litterae P lineam quandam, quae pars illius litterae A esse mihi videbatur.

decurioni gratis adlecto, p(atrono) corpor---, curat(ori) nav(ium) marin(arum) et me(n)sor(um) cet.

ad n. 370 cf. infra n. 4654. 5383.

ad n. 374. V. 11 lege decur(iae) (sextae decimae), v. infra n. 4569.

ad n. 375. 376. Longo commentario instruxit C. Mancini *Atti della R. Accad. (napol.) di archeologia, lettere e belle arti* 13, 2 p. 146–170 [D.]. — Post Mancinum titulos denuo tractaverunt O. Seeck *Gesch. d. Untergangs der ant. Welt* II¹ (1901) p. 156 sq. 523 sq. = II² (1921) p. 158 sq. 528 sq., qui eos non ad unum et eundem P. Lucilium Gamalam pertinere, immo Gamalam tituli n. 375 multo ante Gamalam tituli n. 376, scilicet aetate Augusti, fuisse probabat, et uno decennio post Seeckum — eius libro ut videtur non adhibito — J. Carcopino *Méth. d'arch. et d'hist.* XXXI 1911 p. 143–230. 367–368, ipse quoque duos Gamalas discernendos esse praedicans; Gamalam minorem (n. 376) mortuum esse putat ante mortem M. Aurelii, *L. Caesarem Aug. f. v. 6* sq. Commodum esse ratus (ut iam Mancini l. c.); contra titulum n. 375 positum esse anno p. Chr. 43 exeunte vel 44 ineunte; vv. 40 sqq. enim pertinere ad bellum Claudi Britanicum, v. 39 ad quaesturam Ostiensem (cf. supra p. 7 b). Contra illos Gamalas inter se diversos esse denuo negat v. Premerstein *Klio* XII (1912) p. 139 sq. Cf. etiam quae de hac quaestione scripsit Paribeni *Mon. ant. dei Lincei* XXIII 1914 col. 483 sq. — De apographo Ligoriano tituli n. 375 (ms. Taur. vol. XIV s. v. Porto) cf. Carcopino l. c. p. 367 not. 4. — n. 375 v. 40 Carcopino supplet (p. 210) [praet]erea, n. 376 v. 26 proponit (p. 218) *extruden[tibus]* (sc. *inundationibus aquam e ripis* vel tale quid, vocabula omissa a quadratario) vel *extrus(is) stipitibus* litteris *ti* et *pi* vocabuli *stipitibus* ligatis; de navalibus (v. n. 376 v. 25) cf. K. Lehmann-Hartleben loco supra p. 609 not. 6 citato. — Omnino cf. etiam L. R. Taylor *The cults of Ostia* p. 14 sq. not. 4 et passim.

ad n. 397. Legitur etiam in Jucundi codice Ashburnhamiano f. 9' n. 84 (cf. Eph. ep. IX p. 291) [D.].

ad n. 399 cf. infra n. 5346.

ad n. 403 cf. infra n. 4314.

ad n. 407 v. 3. 4: idem, ut videtur, infra n. 4563, 1 II v. 40.

ad n. 412. Legitur etiam in Jucundi codice Mediceo (Vat.) n. 223 (cf. Eph. ep. IX p. 302) [D.].

ad n. 415. Iam Romae in horto musei thermarum Diocletiani (*museo nazionale*).

ad n. 419 v. infra n. 4668.

ad n. 426. Nunc etiam C. I² 2, 1 n. 1424.

ad n. 429. Imaginem edidit W. Altmann *Altäre* p. 237 fig. 191 [D.].

ad n. 431. V. 3 supplendus videtur [*curatori vel patrono corporis trajectus*] *Rusticeli*, cf. infra n. 4553–4556 et quae dixi *Sitz.-Ber. Berl. Ak. phil.-hist. Kl.* 1928 p. 45 not. 4. [Cf. nunc etiam infra n. 5327 sq.; ad v. 14 cf. n. 5357 col. I v. 10.]

ad n. 433 v. infra n. 4663 not.

ad n. 446 v. infra n. 4457.

ad n. 447 v. infra n. 4674.

ad n. 454. Vidi Ostiae in repositis musei.

ad n. 459 v. supra p. 611 not. 40.

ad n. 461 cf. infra n. 4560–4563.

ad n. 472. Delineata exstat in codice quem A. W. Franks reliquit museo Britannico (de quo cf. ad n. 46. 176) f. 51 (delineatio signata est n. 283), unde accuratissime repetivit Th. Ashby *Classical Review* 1904 p. 74: exemplum est iam notum, sed fortasse accuratius exaratum quam in reliquis quas adhibueramus schedis, v. 3 VIX ANN XIII HIC TANIAE cet., 6 VOLVMINI POTIVS). — Pars extrema (v. 14–16) exstitit aliquando in villa Pamphilia ad sepulcretum, ubi ante multos annos descriptis Henzen, nuper frustra quaesivit Huelsen; descriptis autem Henzen sic:

'superne abrasum' HENZEN
INF P II IN AG p. VI
EXCESSIT ANNO VRBIS CONDITAE
BCCXXCVII

Vindicatur hoc Henzeni apographo huius tituli pars suspicionibus maxime obnoxia. Nam recens haec fuisse incisa et ab Henzeno pro antiquis descripta, id ab omni probabilitate abhorret. Quod de rasura ait Henzen, quamquam mirum est partem huius tituli vel antiqua vel recenti aetate esse erasum (et possis conicere errorem subesse), certe suspicionibus de ipso titulo nullo modo ansam praebet [D.].